

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

mendarat lib. 1. epist. ult. est autem is, de quo lib. 7. epist. 11.

Si non est] Non est iocus a veritate seiunctus. lib. 1. epist. ult.

Aliis] Quorum causas recipit, nec optime defendit.

Agit gratias] Quod humaniter eum tractes.

EPISTOLAE II.

ARGVMENTVM.

Ciliciam prouinciam sortitus, rogat Appium, vt eam sibi quam maxime aptam, explicatamque tradat; quo sit ei, cum successerit, faciliior et commodior administratio.

EXPLANATIO.

Contra voluntatem meam] Deposuit enim prouinciam consul: qua de re lib. 5. epist. 2. in ea vero ad Catonem lib. 15. epist. 4. *Si quisquam, inquit, fuit vniquam remotus et natura, et magis etiam, vt mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina, ab inani laude, et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus: in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiosè secutum, ex quibus vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se nunquam putavi expetendam. Itaque et prouinciam ornatam, et spem non dubiam triumphi neglexi.*

Cum imperio] Duabus legibus dato, Cornelia a senatu, Curiata a populo.

Molestis] Confirmat illud, *contra voluntatem meam.*

Quam ego sum] Artificium petentis. voluntatis enim optimae significatio parem elicit voluntatem.

Pro nostra summa coniunctione] Iure, *summa*, dixit: quia coniungebantur et collegio, cum esset vterque augur, et beneuolentia, post gratiam reconciliatam. itaque dixit epist. sequenti, *successori coniun-*

ctissimo et amicissimo. Et epist. 4. *Collegii coniunctio non mediocriter vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas.*

Poteris autem plurimis] Habet ornamentum iteratio verbi; vt lib. 6. epist. 5. *Quantescumque filium tuum video, (video autem ferè quotidie) polliceor ei studium meum. vide illud lib. 1. epist. 1. Si qui sunt, qui velint, qui pauci sunt.*

Ex senatus consulto] Decreuerat enim senatus, vt duas prouincias consulares, Syriam et Ciliciam, Bibulus et Cicero fortirentur. Ciceroni Cilicia obtigerat. huius senatus consulti mentio fit lib. 2. epist. 7. et 13. et lib. 15. epist. 7. hic autem lex non nominatur, quia lata nondum erat: sed lata paullo post. nominatur autem lib. 15. epist. 7.

Quoad eius facere poteris] Quantum in te erit. nota locutio.

Quasi decursus] Lenitur interdum translatio praeposito verbo, *quasi*, aut eiusmodi alio: quod Ciceronis, Demetrii, et alii aliorum libri ostendunt.

In